

Sigismundus primus rex Poloniae,
proceribus Hungariae, seorsum sin:
gulis scriptum.

26

Spectabilis et magnifice nobis sincere dile:
cte. Mittimus illuc ad conventum istius
regni in Alba regali constitutum, reve:
rendum in Christo patrem dominum An:
dream episcopum Premisliensem, et magni:
ficum dominum Stanislaum de Sprowa ca:
stellanum Biacensem capitaneum Opoczn:
ensem, quibus commisimus singillatim et
visere tuam magnificentiam, et illi nostro
nomine quaedam referre. Itaque postula:
mus ab illa, ut ipsis orationibus nostris
fidem adhibeat, et ita se erga nos et
patriam suam exhibeat, sicuti de illa spem
indubiam habemus, quod illi uberrima gra:
tia et favore nostro referre curabimus,
quam feliciter valere optamus. Datum 1526.
in Novembri.

